Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

negatione ut non sedet socrates. i. non facit id quod negatio submouet.
Hoc autem ita probat quod omnis affirmatio omnisque negatio orationes sunt.
sicut ex superducta diffinitio determinatioque monstrauit. Sedet autem et non
sedet. i. facit et non facit. orationes non sunt. ⁊ Quod si affirmatio atque ne-
gatio orationes sunt. dicit id quod sub affirmatione et negatione est. ea ipsa
affirmatione et negatione distare. Sed in hoc seruat illam quasi simultu
dinem quod ea ipsa sunt opposita. quae secundum affirmationem negationemque
dicuntur. Sicut ipsa affirmatio quae dicit sedet socrates et quae dicit non
sedet socrates. ita quasi ipsum id quod sedet socrates et non sedet certa simultudi
nis ratione opponunt. Sed quoniam. iiii. species oppositionis dictae sunt. nec
aristotelis uestigia persequitur ex differentias colligamus. quae sunt nu
mero. vi. Iam si quae res sint. iiii. easque differre a se ac distare
uolumus. sex solas differentias inuenimus. Cum enim prima differre a
secunda ac tertia. atque quarta ponimus. tres sunt differentiae. Inter secundam rem a
prima re differre ostendere atque demonstrare superfluum est. Cum enim primae
rei ad secundam distantiam colligeremus quod secunda distaret a prima do
cuimus. Relicta igitur primae ad secundam rem differentia. secundae tertiae. inter secundae
quartaeque differentiae monstrabuntur. quae sunt duae. quae tertiis; superioribus
iunctae. v. solas efficiunt. Restat tertiae rei quartaeque distantia. Iam
tertiae ad primam ⁊ secundam demonstrata est discrepantia. cum prima a se-
cunda distare. atque eodem modo a tertia monstrabitur. Id his probat ex
emplis. Iam cum oppositio ea quae est secundum adaliquid abhis oppo
sitionibus quae sunt secundum utrietatem privationem atque habitum atque af-
firmationem ⁊ negationem distare proponit tres sunt differentiae. Cum
ut ea quae secundum privationem atque habitum oppositio est a utrius et
affirmatione negationeque discrepat. duae sunt differentiae quae
iunctae superioribus. v. efficiunt. Iecuro enim quod distaret habitus
atque priuatio ea oppositione quae relatiua est praetermisimus. Quo
primo monstrauimus quod relatiua oppositio ab habitu privationeque
differret. Non est enim dubium eam esse in utrisque differentiam. cum ab
una alia discrepauerit. Restat una sola differentia quae est tertia ac ad affirmationem scilicet ⁊ negationem. Praetermissa namque est
tertia differentia. de relatiua scilicet ⁊ secundum habitum privationemque